742, propter pontificatum maximum (spatia post imp. *et* cos. *videntur fuisse destinata numeris).*

---

84 SENATVS · POPVLVSQ*ue Romanus*
imp. Caesari divi f. Augusto imp. sept.
COS · SEPT · DESIGNAT · OCTAVOM · *Via Flamin* IA *et reliquei* S
CELEBERRIMEIS · ITALIAE · VIEIS · CONSILIO *et sumptib* VS *eius mu* NITEIS

Arimini in arcu qui extat (XI 365; descripsit et supplevit Bormann). A. 727, cum Augustus viam Flaminiam ab urbe Ariminum munisset, reliquas vias triumphalibus viris sternendas distribuisset (Suet. Aug. 30; mon. Anc. 4, 19 cum comm. Mommseni p. 87).

---

85 imp. Caesari divi f. | Augusto cós. nonum | designato decimum[1], | imp. octavom.

Nemausi (XII 3148 3149; Huebner ex scr. ep. 186). — 1) *A. 729. — Notat Mommsenus hanc inscriptionem esse inter postremas earum, quae numerum iterationis litteris perscribant, cum paullo post substitutae sint notae.*

---

86 imp. Caesar divi f. | Augustus cos. XI, trib. | potestate[1], dedit, | M. Appuleius Sex. f. leg.[2] | iussu eius fac. curavit.

Tridenti (V 5027). — 1) *Consul undecimum Augustus fuit a. 731, duodecimum a. 749; intra hos annos titulus positus est. Tribunicia potestas Augusti numerari coepit, ut plerique putant (Eckhel 8, 404), d. 26 vel 27 Iun., ut Hirschfeldius (Wiener Studien 1881 p. 97 seq.) d. 25 Iun. 731, ut Mommsenus (Staatsr. II³ 797 not. 3) ex quo die Augustus consulatu undecimo se abdicavit, id est ex kalendis Iuliis a. 731. Sed cum numerus tribuniciae potestatis interdum, quamvis raro, omittatur (supra N. 83), non certum est hunc titulum positum esse ipso anno 731/2.* — 2) *Consul a. 734.*

---

87 imp. Caesari divi f. | Augusto | cos. XI[1] imp. VII . . .[2] | tribunic. potesta[*t*] . . . | P. Rubrius M. f. Mae. Barba[*rus*][3]

Casini (X 5169). — 1) *A. 731 seq.* — 2) *Potest fuisse* VIII *et* VIIII. — 3) *De hoc homine praefecto Aegypti a. 741/2 cf. III s. 6588.*

---

88 [*P. Quinctilius S*]ex. f. Varus | [*pontifex?*], cos.[1], | [*ludos votivos pr*]o reditu | [*imp. Caesaris div*]i f. Augusti | [*Iovi optimo m*]aximo fecit | [*cum Ti. Claudio Ner*]one conlega | [*ex. s.*] c.

Romae basis mutila rep. a. 1547 in campo Martio prope circum Agonalem (VI 386 ad exemplum Smetii aliorumque). Supplementa certa sunt, propter similem basem una repertam N. 95. — 1) *A. 741. Hoc anno Augustus ex Hispania Galliaque Romam rediit, dedicataque est pro hoc reditu ara Pacis Augustae (mon. Anc. 2, 37). — In latere basis notae marmorariorum legebantur* L · ÐXXVIIII *et* L · CCXLIX.

---

89 imp. Caesari divi f. | Augusto | pontif. maxim., cos. XI, | tribunic. potestat. XI[1], | magistri Augustal. prim.: | Philippus Augusti l., | M. Aebutius Secundus, M. Gallius Anchia[*l*]us, | P. Fidustius Antigonus.

Nepet (Nepi) Etruriae rep. a. 1885 (XI 3200). — 1) *A. 741/742.*

---

90 imp. Caesar | divi f. | Augustus cos. XI, | tribun. potest. XII[1], | imp. XIII[2].

archive.org